

160.

1216 — 1222.

Konung JOHAN till innevånarne i Östergöthland, att gården Kimstad återlägges under Wreta kloster, från hvilket densamme någon tid varit afhänd.

A. 3. t. 1: 1.

Omnibus fidelibus gothis orientalis regionis. J. dei gratia sweorum simul & eorumdem rex gothorum. saluteſ in domino. Vniuersitatem uestram scire uolumus. quod uillam uidelicet. chýmstahe. sancte ecclesie dei que est in. wreta. ad usum sanctimonialium ibidem commanentium. olim oblatam. sed iam per tempus aliquod prauorum suggestionibus eis subtractam. perpetua & irrefragabili donatione eidem ecclesie restituimus. & sub munimine nostre protectionis cum omnibus eidem claustro attinentibus. constituimus. ea scilicet ratjone ut si quis eisdem sororibus aut rebus earum iniuriam ingerere attemptauerit & nostre ire uindictam incurrere & anathematis uinculo se obligatum ac diuina animaduersione si non resipuerit. perpetuo se multandum nouerit. Valete.

ego. JOHANNES. dei gratia rex sweorum. subscribo & hoc nostre auctoritatis priuilegio temporibus domine. Cecilie. priorisse confirmo.

På frånsidan: Kimstadha.

Sigillet bortfallet.

161.

1216 — 1222.

Konung JOHANS gåfvobref på sina gods i Gudhem till klostret dersammastädes.

A. 3. å. 2: 41 \*).

J. dei gracia rex sweorum. vniuersis christi fidelibus presens scriptum intuentibus salutem in perpetuum. Ne processus temporum aboleat que in tempore facta fuisse constat commendanda sunt viuaci memorie litterarum. Nouerit ergo tam presencium etas quam futurorum posteritas quod possessiones que nobis in Gudheem attinebant. in salutem anime & corporis nostri. & in remissionem peccatorum parentum meorum sanctimonialibus eiusdem loci contulimus possidendis. Quicumque igitur hoc datum cassare vel in irritum ducere conatus fuerit. sub interminacione anathematis excommunicationis sententia complectendus innodetur.

---

\*) Det första bland 2:ne af Biskopen i Skara TORSTEN år 1394 vidimerade bref.